

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA BONEFACII PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

ctionis sue benedicetur, Dilectio dei honorabilis sapientia, quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione & in agnitione magnaliu suorum. Initium sapientie timor domini, & cum fidelibus in vulua concreat est, & cum electis feminis graditur, & iustis & fidelibus agnoscitur. Timor domini scientie religiositas custodiet & iustificabit cor, iocunditatem atque gaudium dabit, Timenti dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientie est timere dominum, & plenitudo a fructibus illius, Omnem domum illius implebit a generationibus & receptacula a thesauris illius. Corona sapientie timor domini, Replens pacem & salutis fructum, & vidit, & dinumeravit eam, utraque autem sunt dona dei scientia & intellectus prudentie, Sapientia compartitur, & gloria tenentium se exaltat. Radix sapientie est timere dominum, Ramus enim illius longevi in thesauris sapientie, intellectus & scientie religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia, Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Iracundia enim animositas illius subversio est. Usque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iocunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius, in thesauris sapientie significatio discipline, execratio autem peccatori cultura dei, fili concupiscens sapientiam serua iustitiam & deus prebebit illam tibi, Sapientia enim & disciplina timor domini, & hoc quod beneplacitum est illi fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Contumax non sis & incredibilis timoris domini, & ne accesseris ad illum duplici corde, ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas & ponas scandalum anime tue, & adducas in honorem tibi, & reuelet deus absconsa tua. Pro fide & iustitia ac pro salute anime certamper & pro adiutorio fratrum viriliter age, ut a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim, tibi conserua tempus & deuota a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim consilio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam, ne accipias faciem aduersus faciem tuam nec aduersus animam tuam mendacium. Non reuereris proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis, non abscondas sapientiam tuam in decore eius, In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina, in verbis veritatis, & firmamentum in operibus iustitie, non contradicas veritati villo modo & de mendacio in eruditionis tue. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te homini pro peccato, noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ielum fluminis, pro iustitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos, noli tacitus esse in lingua tua & inutilis, & remissus in operibus tuis, noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos & opprimens subiectos tibi. Non sit manus tua porrecta ad accipiendum & ad dandum collecta, His sulta scripturarum auctoritatibus semper sita recta, & a via veritatis ne auertaris, ut gratiam dei acquiras, & bonorum hominum amicitia fruaris, tantoque tua voluntas facilius ab amore huius seculi exeat, quanto & impellitur dum vocatur. Nam nos & presentes vos videre cupimus & absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Vnde & optamus ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter educat quatinus in omnipotentis gratia perire vestra presentia mereamur. Data. xii. kal. Nouem. Lampadio, & Oreste, iiii. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA BONEFACII PAPE.

Epistola eiusdem ad Eulaliu Alexandrinu episcopum, de reconciliatione Carthaginensis ecclesie directa.

A



BONEFACIUS EPISCOPVS EVLALIO COEPISCOPO SALUTEM. Olim & ab initio tantam percepiamus a beato Petro apostolorum princeps fiduciam, ut habeamus auctoritatem vniuersali ecclesie auxiliante domino subuenire, & quicquid nociuum est auctoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc enim diuine dispositionis prouiso gradus & diuersos constituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordie fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorum generaretur administratio singulorum, neque vniuersitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi

huiusmodi magnus eam differentie ordo seruaret. Quia vero creatura in vna eademque equalitate gubernari vel viuere non potest celestium militiarum exempla nos instruunt, quia dum sint angeli sint archangeli, liquet quia non equales sunt, sed in potestate & ordine sicut noster differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt constat ista esse distinctio, quis hominum abnuat se libenter dispositioni submittere? Hinc enim pax & charitas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordia in alterna, & deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque salubriter tunc completur officium cum fuerit vnus ad quem possit recurri prepositus, vota nostra charitatem tuam latere nolumus neque participes fuit sollicitudinis, gaudiorum fructus reddatur extorris. Et ideo carthaginensem ecclesiam ad communionem nostram reduisse domino propiciante tradentibus significamus alloquiis, & mandatorum que legatis nostris dedimus seriem in omnibus iussisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfecte gaudium perueniret libellum Eulalii fratris & consacerdotis nostri carthaginensis episcopi, & Iustini clementissimi principis orientis sacrarum litterarum exemplaria pariter credidimus destinanda, Iudicantes nichilominus per orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Super est ut a nobis competentibus precibus diuinitas exorata concedat quatinus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero que significare curauimus in eorum sacerdotum qui fraternitati tue vicini sunt curabis perferre noticiam, ut & ipsi de effectu tante rei gratias nobiscum celestis misericordie beneficiis referre non cessent. Aurelius enim perfecte carthaginensis ecclesie olim episcopus, cum collegis suis instigante diabolo superdire temporibus predecessorum nostrorum bonefacii atque celestini contra Romanam ecclesiam cepit, sed videns se modo peccatis Aurelii Eulalii a Romane ecclesie communionem segregatum. Humilius recognouit se pacem & communionem romane ecclesie petens subscribendo vna cum collegis suis denuit apostolica auctoritate omnes scripturas que aduersus romane ecclesie privilegia facte quoque ingenio fuerint. Exemplar precum eius & iustini predicti principis.

Prima salus est, recte fidei regulam custodire & a constitutis patrum nullatenus deuiare, & quia non potest domini nostri Iesu Christi pretermitti sententia dicentis. Tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et hec que dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta anathematizamus omnes qui contra sanctam romanam & apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt ceruices, sequentes in omnibus apostolicam sedem & predicantes eius omnia constituta, & per omnia spero ut in vna communionem vobiscum quam sedes apostolica predicat esse merear, in qua est integra & vera Christiane religionis, & perfecta soliditas promittens sequestratos a communionem ecclesie catholice, id est non consentientes sedi apostolice eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deuiare tentauero, his quos denuit coplicem mea sententia me esse profiteor, hanc autem professionem meam manu mea subscripsi, & bonefacio sancto & venerabili pape urbis Rome direxi, dantes & antecessores, & successores meos, & omnes qui sancte Romane & apostolice ecclesie privilegia cassare nituntur. Hinc enim superne misericordie documentum perdocetur, quando & mundani principes causas fidei cum reipublice ordinatione coniungunt, & ecclesiarum principes quod ad dispensationem suam pertinet officii memores exequuntur. Talibus enim indigebat post discordie procellas religio christiana rectoribus, qui compressis prouida dispensatione turbibus, diu peregrinatum pacem depulsa tempestate reducerent, ut in futura post secula ad propositi sui exempla tendentes sibi ascribendum indubitanter ostenderet quicquid domino placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus dominum fratres charissimi nostris hoc diebus fuisse concessum & totis orationibus, & curarum viribus annitamus, ut que dei opere benecepta sunt, ipso adiuuante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua que adhuc diuisa sunt membra festinent, & a potioribus minora non discrepent. Ad quod cum me dilectio tua christiane studio charitatis hortatur debet quod inuitat sequi, & quod a mandatum suadet amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes per religiosam patientiam par etiam premium de boni operis speramus affectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad celorum ardua per procliuem tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur, unde ne facientes bona deficiamus specialiter admonemur etiam testate psalmista. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iusticiam in omni tempore, quia non initium laboris remunerationem premii consequuntur inuenire, sed terminus. Ergo studium sollicitudinis affumentes quibus est vna in communionem societas, & credulitas quemadmodum de unitate sedis apostolice & Constantis

co. iiii.

N. in hac sententia
ubi in carthagine
si et militemus
ciciliis facti. N.

A

nopolitane ecclesie pariter exultamus in domino, ita de reliquorū quoque sicut affectione admones redintegratione letemur, & curemus premiū, ut fidem integritatēque nostram immaculatā ab omni cōtagione seruemus. Nosti enim frater charissime ac sanctissime, quia ecclesiastica seruantur vincula cōcordiam que nos ab hereticorū tueatur insidiis per quā etiam canonū custoditur integritas. His in robore suo omni circūspectione seruatis remedia sperantibus conseruātur. Habet enim ecclesiasticum ordo regularū, & ipsius forma iustitię, ut medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus non negetur, nec quisque est ita ab humanitate discretus quē non a rigore distractionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc ceterasque querelas, aut errores alicuius eui valeas expedire dilectissime frater personam meā te in hoc oportet induere scientē in huiusmodi causis sicut predictū est, quid cauendum sit, & ita omnia preuidendum, ut te non ambigas rationē dispensationis huius deo esse reddendam. Ita tamen ut eos qui vobis fuerunt cōmunionē sociati vel perversos sedē apostolice vestra nobis scripta declarent quibus etiam, & quā continentia libellorū obtulerint inferatur. Sic quoque humilitatem debemus tenere in mente, ut inde ordinis nostri dignitatem seruemus in honore, quatinus in nobis nec humilitas timēda, nec ratio sit superba. Omnipotes deus charissime sua te protectione custodiat atque ad celestis remunerationem patrie multiplici animarum fructu perducatur. Deus te incolumē custodiat reuerētissime frater. Amen. Data octauo kalendas Octobris Valentiano, ii, & oreste, iiii. cc. consulibus.

INCIPIVNT DECRETA IOHANNIS PAPE.

A



EVERENTISSIMO FRATRI VALERIO EPISCOPO IOhannes. Scripta tue sanctitatis suscipiens plena ea fidei regula qua primū polles inueni, & deo gratias retuli quod anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea que significasti quosdam dicere, quod non sit filius equalis patri, & quod in euangelio scriptum sit, pater maior me est, scias non recte intelligere tales filii dei regulas, nec rectam fidē penes se habere. Paulus apostolus non secundum deitatis naturā christū creatum insinuat, sed secundū humane nature substantiam eundem creatū affirmat, ipso ephesiis cōscribēte. Renouamini inquit spiritu mētis vestre, & induite nouū hominē qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Et ad hebreos. In eo enim in quo passus est ille & tētatus, etiam potest his qui tētantur auxiliari. Vnde sancte vocationis participes semper celestis considerate apostolum & pontificē confessionis nostre Iesum fidele existēteque qui creauit eum. Et ad colosenses. Nūc autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiamque ex ore vestro non procedant. Nolite mētiri inuicē expoliātes vos veterē hominē cum actibus suis, & induentes nouū cum eo qui renouatur in agnitione secundum imaginē eius qui creauit eum, nunquid is qui vniuersam creaturam visibilia & inuisibilia a propria potestatis virtute pcreauit ac fecit, se ipsum antea vel postmodum quod dicere nefas est, creauit vel facere potuit. Filius minor est patre in assumpti hominis forma, equalis vero patri est in deitatis nature substantia, eodē protestante. Ego & pater vnum sumus, & iterum. Qui me videt videt, & patre, & iterum. Qui odit me odit & patrem, Et iterum, ut omnes honorificēt filium sicut honorificauit patrem. Et iterum, ut sint in nobis vnū, sicut & nos sumus vnū. Et iterū. Tu in me & ego in eis. Et iterum, Omnia tua mea sunt. Et iterū, ego in patre & pater in me. Et iterum, Pater in me manens facit opera hec, & Iohannes euāgelista ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Et iterum ipse ad parthos. Tres sunt inquit qui testimonium perhibēt in terra aqua, sanguis, & spiritus tres in nobis sunt, & tres qui testimonium perhibent in celo, pater verbum & spiritus. Et hi tres vnum sunt. Nos itaque in natura deitatis, quia vnum sunt pater & filius, nec patre credimus aliquo tempore precessisse, ne maior sit filio, nec filium postea natum esse, ut deitate patris minoretur. Si equalis patri filius nō est, cur ita de illo Iohannes euāgelista testatus est. Propterea inquit persequēbantur iudei Iesum & querebant eum occidere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, equalē se faciens deo. & Paulus apostolus. Hoc sententię in vobis inquit, quod & in Christo Ihesu, Qui cum in forma dei esset constitutus non rapinā arbitratus est esse